



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 11. Comitia Claudiopoli a Bethlemio Gabore celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. strandum exercitum foras egrediebatur, illum quinquaginta ex suis militibus in infidiis collocati explosis ferreis fistulis die vigesima septima Octobris trucidarunt. Quo facto Giecyus Varadinum Bethlenio Gabori tradidit.

## §. XI.

*Comitia Claudiopoli a Bethlenio Gabori celebrata.**Mercur.**tom. 10. l. 1.**pag. 89.*

Die trigesima Octobris Bethlenius Gabor cum Transylvaniæ Statibus comitia Claudiopoli habuit, in quibus decreto publico conclusum. I. Ut a Bathorio proscripti restituerentur. II. Status omnes, nulla habita personarum ratione libero Religionis exercitio fruerentur. III. Princeps pacem cum Turcis, vicinis Regionibus, & maxime cum Cæsare coleret, foedusque cum Moldavis & Valachis iniret. IV. Senatam ex tribus Nationibus eligeret, cunctisque avita eorum privilegia servata servaret. V. Legibus conservandis & justitiæ administrandæ operam daret. VI. Electionem liberam nullatenus impediret, & confirmationem de super a Sultano de novo impetraret. VII. Si Princeps sua rursus potestate abuteretur, Officiales Provinciarum id impedirent, & a præstito juramento liberi

beri censerentur: Plura alia statuta, Sæc. XVII. A. C. 1613.  
 quibus pacem firmatum iri sperabatur, fuere condita: finitis autem comitiis  
 Bethlenius ad Turfonem Hungariæ Pa-  
 latinum, & ad Hungariæ Status lite-  
 ras dedit, quibus se in Transylvaniæ  
 Principem fuisse electum, ac Turcas ab  
 hoc Principatu abduxisse retulit, seque  
 cum vicinis amicitiam servaturum spo-  
 pondit, spe fretus, quod Cæsarei &  
 Hungari vicissim ab omni hostili irru-  
 ptione alieni forent, si vero finitimis  
 propugnaculis insidiari pergerent, Sul-  
 tanum, qui nihil a Principatu abalie-  
 nari passurus esset, iniquam ejusmodi  
 vim totis viribus ulturum scirent.

## §. XII.

*Subsidia adversus Turcas a Cæsare  
 in comitiis Ratisbonensibus  
 petita.*

Non deerant quamplurimi primæ No-  
 bilitatis Viri, qui tam ex Hunga-  
 ria quam ex Transylvania aliisque locis  
 Cæsarem de motibus damnisque per  
 Turcas illatis, ac præsentaneo Christia-  
 næ Reipublicæ & Imperii periculo cer-  
 tiorem redderent: Horum igitur sortem  
 misertus Cæsar die trigesima Septem-  
 bris edictum promulgabat, quo hæc co-  
 mitia ob pestilentiaæ metum Ratisbona  
 ad

*Piassec.  
 Chron.  
 pag. 284.  
 Carafa l. c.  
 pag. 49.  
 Merc. l. c.  
 pag. 37.*